

D. Joannes Emmechoven ... petiit defungi praesiden-
tiae huius domus (Bursael) ... est institutus Prior domus
S. Sophiae Bruscoduci, cuius diligentem instau-
rationem et sedulam promotionem ei R^{emus} Pater
caeteri diffinitores commendarunt

Secum reduxit D. Hubertum Faucomprei pro-
fessum eiusdem domus Sophiae quem propterea
ante aliquot menses huc Tornaco evocaverat
et D. Joannem d' Anthoine comproffessum
suum, et alium ex domo Lovaniae Joannem
Romecium ...

Nec tamen negotia sua talem exitum aut
successum habuerunt qualem sperabat, et
post aliquos annos et hunc conventum quem
colligebat, dispersit per alias domos.

(erant in hac domo tunc quinque Walones,
quod aliqui subsannabant)